



## **Policratici Contenta**

**Johannes <von Salisbury, Bischof>**

**Parrhisius, 1513**

Ca. ix. Quid sit declinare ad dexteram cel sinistra, q[uo]d princeps  
p[ro]hibetur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

Polícratici de Curialiū nugis.

imaniter clamo. neq; in spumā ruborēq; feruesco: neq; pudenda dico aut penitēda: neq; oīno trepido ira/aut gestio. Hec oīa q; pe (si nescis) signa irarū esse solēt. Et simul ad eū q; cedebat conuersus. Interī (inquit) dū ego atq; hic disputamus: tu hec age: & sine iracundia mea retūde feruēte contumaciā/ & iniquū magis penitere doceas q; iurgare. Sic plutarch⁹. In quo non nihil eruditionis relictum est omnibus qui in sublimitate sunt.

¶ Quid sit declinare ad dexteram vel sinistram quod p̄iceps prohibetur. Capitulum. IX.

Deutero. xvij.

**S**equitur. Neq; declinet in partem dexterā vel sinistrā Ad dexterā declinare ē virtutib⁹ ipis vehemēter insistere: ad dexterā declinare ē: in virtutis opibus: q; in modo consistit: modū excedere. Oīs hōvehemētia salutis inimica est: & excessus oīs in culpa: bonarūq; rerū p̄suetudo nimia pessima est. Vñ ethicus. Infani sapiēs nomen feret: equus iniq;. Ultra q; satis est/ virtutū si petat ipam. Et philosoph⁹. Caue qd ē nimīū: quia si hec ipsa cautela modestiā deserit: eo ipō a tramite virtutis incaute recedit. Salomon quoq;. Noli (īquit) nimis eē iustus. Quid ergo nimīū prodest si regina virtutum iustitia: in sui nimietate obest? Alibi quoq;. Nimia hūilitas maxima p̄s superbie est. Ad sinistrā declinare est per abrupta vitiorū a via virtutū deuiare. Item. deflectitur ad sinistrā: qui in subiectionū culpis nimis p̄uus est ad vindictā: & ad dexteram gressū torquet q; delinquentib⁹ ex mansuetudine nimis indulget. Iter aut vtrūq; deuium est: sed qd ad sinistram vergit perniciosius est.

Nimietas in oī re fugiēda: Eccliaſtes. vij



¶ Quid vtilitatis de cultu iustitie p̄ncipes p̄sequant. Ca. X.

Deutero. xvij. Iustitie vtilitas.

**S**ed legitime huius obseruantie: quēnā erit vtilitas? Eā vtiq; p̄pheticus s̄mo protinus subdit. Ait enī. Vt lōgo tēpore regnet ipse & filius eius super israel. Ecce quēnā tāte difficultatis: futura sit merces: dum regna paterna: filiis longo tempore protelantur. De virtute nāq; parētū protenditur successio filiorū: & succedētium felicitas ex decedētium iniquitate preciditur. Nā spiritus sancti certū est testimoniū: quia iniusti disperibunt simul: & reliquie impiorū interibunt. Salus aut iustorū a dño est qui proteggit eos in tēpore tribulationis. Sed cū eternitas totius tēporis quātacūq; sit p̄ minutissima momenta deficiat: & in eo toto non nisi ad modum breue momentum subsistat: quid in eo poterit esse longum: cur ea omnia si colligantur in vnum vere eternitati collata: nec p̄cti quidē locū obtineant eo q; finitorū ad ifinita oīno nulla est cōparatio.

ps. xxxvj.

Finitorum ad infinita nulla cōparatio.